

*Prospettive di ricerca sulla circolazione scolastica delle favole latine e bilingui latino-greche
tra Antichità e Tarda Antichità*

1. *Aesopi fabellae*: l'uso (e la tradizione) della favola tra grammatici e retori latini
2. Insegnare latino con le favole: gli *Hermeneumata Pseudodositheana* e i testimoni di tradizione diretta d'Oriente (III-IV d.C.) - I. Sulla manualistica scolastica bilingue
3. Insegnare latino con le favole: gli *Hermeneumata Pseudodositheana* e i testimoni di tradizione diretta d'Oriente (III-IV d.C.) - II. Analisi dei testimoni
4. *Fabellae*: nella scuola, per la scuola

1. AESOPI FABELLAE: L'USO (E LA TRADIZIONE) DELLA FAVOLA TRA GRAMMATICI E RETORI LATINI

1.1. Svet. *gramm.* 25, 4: *sed ratio docendi nec una omnibus nec singulis eadem semper fuit, quando vario modo quisque discipulos exercuerunt. Nam et dicta praeclare per omnes figuras <versare> et apologos aliter atque aliter exponere et narrationes cum breviter ac presse tum latius et uberius explicare consuerant.*

Svet. *gramm.* 4, 4-5: *veteres grammatici et rhetoricam docebant, ac multorum de utraque arte commentarii feruntur. Secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo - quamquam iam discretis professionibus - nihilo minus vel retinuisse vel instituisse et ipsos quaedam genera meditationum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata, paraphrasis, adlocutiones, aetiologias atque alia hoc genus, ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur.*

1.2. Front. 152, 2-3 van den Hout: *in eos (scil. philosophos) quoque meus magister Dionysius Tenuis arte compositam fabulam protulit de disceptatione vitis et arboris ilicis.*

Front. 17, 6-10 van den Hout: ὅθεν δ' ἂν ῥᾶστα παραψυχῆς τύχοις, πείρα μαθῶν ἔγωγε, ἀλλὰ οὐ σοφία, διδάξω· αἰεὶ μοι συνέβη τι τῶν δεινῶν παθεῖν ἐρῶντι. ἤρῳν δὲ τότε μὲν Ἀθηνοδότου τοῦ σοφοῦ, τότε δὲ Διονυσίου τοῦ ῥήτορος. καὶ δὴ τοῦτο ἐννοῶν ὅτι μοι σώζοιτο κείνος οὐπερ ἐρῶν τύχοιμι, ἦττον ἦν τῇ λύπῃ καὶ τοῖς προσπίπτουσιν ἀλώσιμος.

Serv. Verg. *georg.* 1, 378: *'et veterem in limo ranae cecinere querellam': fabula duplex est: nam ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii rustici a potu prohibere coeperunt: et conturbantes pedibus fontem cum contra eam emitterent turpem naribus sonum, illa irata eos convertit in ranas, quae nunc quoque ad illius soni imitationem coaxant. Sed hoc non est valde aptum: nam illa magis insultatio fuerat, quam querella, et poenam sacrilegii iuste pertulerant. Unde magis Aesopus est sequendus, qui hoc dicit: cum Iuppiter reges omnibus animalibus daret et ranis dedisset colendum brevissimum lignum, illae questae et aspernatae sunt. Tunc eis hydrum iratus Iuppiter dedit, qui vescitur ranis.*

Fortun. *rhet.* 2, 23 (Montefusco 1979, 130, 17-20): *circa rem quot loci sunt? decem: a simili, cuius species sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, exemplum verisimile, id est quod de comoedia sumitur; addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi fabulae.*

Mart. Cap. 5, 558: *circa rem sunt decem; a simili, cuius species sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, † id est veri simile, quod de comoedia sumitur. Addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi*

1.3. Quint. *inst.* 1, 9, 1-3: *Et finitae quidem sunt partes duae quas haec professio pollicetur, id est ratio loquendi et enarratio auctorum, quarum illam methodicen, hanc historicen vocant. Adiciamus tamen eorum curae quaedam dicendi primordia quibus aetatis nondum rhetorem capientis instituant.*

Igitur Aesopi fabellas, quae fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro et nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant: versus primo solvere, mox mutatis verbis interpretari, tum paraphrasi audacius vertere, qua et breviare quaedam et exornare salvo modo poetae sensu permittitur. Quod opus, etiam consummatis professoribus difficile, qui commode tractaverit cuicumque discendo sufficiet.

Quint. *inst.* 5, 11, 19: *illae quoque fabellae quae, etiam si originem non ab Aesopo acceperunt (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent praecipue rusticorum et imperitorum, qui et simplicius quae ficta sunt audiunt, et capti voluptate facile iis quibus delectantur consentiunt.*

1.4. Phaedr. 1 *prol.* 1-2:

*Aesopus auctor quam materiam repperit,
hanc ego polivi versibus senariis*

Phaedr. 4 *prol.* 10-14:

*quare, Particulo, quoniam caperis fabulis
(quas Aesopias, non Aesopi, nomino,
quia paucas ille ostendit, ego pluris fero
usus vetusto genere, sed rebus novis),
quartum libellum, cum vacarit, perleges.*

1.5. Sen. *dial.* 11, 8, 3: *non audeo te eo usque producere ut fabellas quoque et Aesopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate conectas: difficile est quidem ut ad haec hilariora studia tam vehementer percussus animus tam cito possit accedere.*

1.6. Apul. *Socr. prol.* fr. 4, 108: *praebui me quorundam voluntati, qui oppido quam a me desiderabant ut dicerem ex tempore. Et est hercule formido, ne id mihi evenerit, quod corvo suo evenisse Aesopus fabulatur, id erit, ne, dum hanc novam laudem capto, parvam illam, quam ante pepererit, cogar amittere. Sed de apologo quaeritis: non pigebit aliquid fabulari.*

Apul. *Socr. prol.* 5, 112-113: *iamdudum scio, quid hoc significatu flagitetis: ut cetera Latine materiae persequamur. Nam et in principio vobis diversa tendentibus ita memini polliceri, ut neutra pars vestrum, nec qui Graece nec qui Latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter, si ita videtur, satis oratio nostra atticissaverit; tempus est in Latium demigrare de Graecia. Nam et quaestionis huius ferme media tenemus, ut, quantum mea opinio est, <p>ars ista posterior prae illa Graeca, quae antevertit, nec argumentis sit effetior nec sententiis rarior nec exemplis pauperior nec oratione defectior.*

1.7. Auson. *epist.* 11, 74-81:

*Apologos en misit tibi
ab usque Rheni limite
Ausonius, nomen Italum,
praeceptor Augusti tui,
Aesopiam trimetriam,
quam vertit exili stilo*

*pede<stre> concinnans opus
fandi Titianus artifex.*

Auson. grat. act. 31: *quo modo Titianus magister, sed gloriosus ille municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumque variando non aetate quidem, sed vilitate consenuit.*

Sidon. epist. 1, 1, 2: *de Marco Tullio silere melius puto, quem in stilo epistulari nec Iulius Titanus sub nominibus inlustrium feminarum digna similitudine expressit; propter quod illum ceteri quique Frontonianorum utpote consecraneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt.*

Serv. Verg. Aen. 10, 18: *'o pater o hominum' et Titianus et Calvus, qui themata omnia de Vergilio elicuerunt et deformarunt ad dicendi usum, in exemplo controversiarum has duas posuerunt adlocutiones, dicentes Venerem agere statu absoluto, cum dicit Iunoni 'causa fuisti periculorum his quibus Italiam fata concesserant'.*

Script. Hist. Aug. Maxim. 27,5: *grammatico Latino usus est Philemone, iuris perito Modestino, oratore Titiano, filio Titiani seniori<s>, qui provinciarum libros pulcherrimos scripsit et qui dictus est simia temporis sui, quod cuncta esset imitatus.*

Auson. epigr. 79, 9-10 (Green 1991): *tum Gaius: 'Metuas nihil, Eunome: dixi ego et omnes / nullum qui saperet dicere te medicum'*

Aesop. 133 (Chambry 1960²): *ἐξωμοσάμην αὐτοῖς μὴ ἀληθῆ ἰατρὸν εἶναι σε, ἀλλὰ μάτην διεβλήθης*

Babr. 75, 19-21: *... ἠψάμην τε τῶν σικήπτρων, / κἀπώμοσ' αὐτοῖς, ὅτι σὺ ταῖς ἀληθείαις / ἰατρὸς οὐκ εἶ καὶ μάτην διεβλήθης.*

Hermeneumata Pseudodositheana Leidensia, Flammini 2004, 84, 2129-2130: obviatus ei (scil. infirmo) medicus post tempus interrogavit, si ipse sit, quem desperavit. Is respondit Orci gra<tia remissum se esse ab inferis>.

Auson. epigr. 79, 5-6 (Green 1991): *'quis tu?' 'Gaius', ait. 'vivisne?' hic abnuit. 'et quid / nunc agis hic?' 'missu Ditis', ait, 'venio'.*

Hermeneumata Pseudodositheana Leidensia, Flammini 2004, 84, 2133-2134: sed tu non timeas, ego enim dixi ei te medicum nunquam fuisse.

Auson. epigr. 79, 9-10 (Green 1991): *tum Gaius, 'metuas nihil, Eunome: dixi ego et omnes / nullum qui saperet dicere te medicum'.*

1.8. Prisc. praexercitamina, Passalacqua 1987, 33, 8-11: *nominantur autem ab inventoribus fabularum aliae Cypriae aliae Libycae aliae Sybariticae, omnes autem communiter Aesopiae, quoniam in conventibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti.*

Isid. orig. 1, 40, 1-2: *has (scil. fabulas) primus invenisse traditur Alcmeon Crotoniensis, appellanturque Aesopiae, quia is apud Phrygas in hac re polluit. Sunt autem fabulae aut Aesopicae, aut Libysticae. Aesopicae sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quae animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petrae, flumina. Libysticae autem, dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium.*

1.9. Avian. fab., praef.: *de his (scil. fabulis Aesopicis) ergo ad quadraginta et duas in unum redactas fabulas dedi, quas rudi latinitate compositas, elegis sum explicare conatus.*

2. INSEGNARE LATINO CON LE FAVOLE: GLI *HERMENEUMATA PSEUDODOSITHEANA* E I TESTIMONI DI TRADIZIONE DIRETTA D'ORIENTE (III-IV D.C.)

I. SULLA MANUALISTICA SCOLASTICA BILINGUE

2.1. *Hermeneumata Pseudodositheana Leidensia*, Flammini 2004, 103, 2587-2592; 104, 2612-2617:

Μαξίμω καὶ Ἀπρω ὑπάτοις πρὸ γ' ἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα, ἐν ἣ ἔσσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ. Θεῶν γὰρ καὶ θεῶν ὀνόματα ἐν δευτέρῳ ἐξεπλέξαμεν, ἀλλὰ ἐπὶ τούτῳ ἔσσονται τούτων ἐξηγήσεις, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, τούτων μέντοιγε, ὧν ἐν τοσοῦτῳ δύναμαι.

Maximo et Apro consulibus tertio Id. Septembres Hygini genealogiam omnibus notam descripsi, in qua erunt plures historiae interpretatae in hoc libro. Deorum enim et dearum nomina in secundo explicuimus, sed in hoc erunt eorum enarrationes, licet non omnes, eorum tamen, quorum interim possum.

2.2. *Hermeneumata Pseudodositheana Leidensia*, Flammini 2004, 77, 1961-78, 1983 ~ 78, 1986-79, 2007:

Νῦν οὖν ὁ ἄν ἐπιβάλη, ἐπὶ πέρας ἄξεις· διὸ ἐν παντὶ πράγματι φιλοπονεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν θελόντων πλεον τι εἰδέναι, ὃ εὐχρηστόν ἐστιν ἀνθρωπίνῳ βίῳ· τούτου μάλιστα ἀπηγορία κυριεύσει, ὅθεν δεῖ γραμμάτων τέχνην ἐκμαθεῖν, καὶ γὰρ ἐστὶν ὄραμα ἀπηγορίας· ἔνθεν γὰρ πάντα καταυγάζονται· οὐκ ἀμαθῶς γὰρ ὁ εἰδέναι θέλων Ῥωμαιστὶ λαλεῖν καὶ Ἑλληνιστὶ, ἐπιμελῶς προσέχη· τούτο γὰρ ὑποδείγματος χάριν προσθήσομεν ἀπηγορίαν, ἣτις ἐστὶν Ἀθηναῖς χάριν, ἣ διδοῦσα ἅπασιν τὴν μάθησιν καὶ τύχην πρῶτον, ἔπειτα εἰδέναι· ποιῶν γὰρ ποιεῖ ἀνθεῖν τούτους, τοὺς μὴ ἀμελοῦντας καὶ ποιοῦσιν ἅ ἔμαθον· τέχνη γὰρ μετατίθεται ἀπὸ ἀνθρώπου εἰς ἀνθρώπον, καὶ διὰ τούτο τέχνη οὐκ ἀποθνήσκει· ἔπειτα ποῖα ἦν χάρις μαθεῖν, εἰ ὁ διδάσκων ἦν ἀθάνατος; ταῦτα γὰρ εἶναι θεοὶ ἐθέλησαν ἀναμνησκόντες πρῶτον πάντων θεοὺς σέβεσθαι, οὐ λιβάνῳ, ἀλλὰ συνειδήσει. Πλεῖον γὰρ ἐστὶν καλῶς ζῆν ταῦτα ποιοῦντα, γονεῖς τιμᾶν, τέκνοις ἐγγλυκαίνειν, φίλους φιλεῖν καὶ ἀπλῶς ὑποδεικνύειν καὶ ἀνυπόπτως πάντα ποιεῖν καὶ μὴ <πονηρῶς>, ἵνα ἐν παντὶ πράγματι εὐχρηστος ἦς καὶ πάντα τὰ ἔθιμα ζωῆ σὴ παρατηρήσῃ καὶ θαυμάσῃ, ὅτι τὸν καλῶς ποιοῦντα καλῶς ἀκολουθεῖ. Νῦν οὖν ἄρξομαι μύθους γράφειν Αἰσωπίους καὶ ὑποτάξω ὑπόδειγμα· διὰ τούτον γὰρ αἱ ζωγραφεῖδες συνέστηκαν· εἰσὶν γὰρ λίαν ἀναγκαῖαι πρὸς ὠφέλειαν τοῦ βίου ἡμῶν.

Nunc ergo quod conatus fueris, ad finem adducis; propterea in omni re studere oportet a volentibus plus aliquid scire, quod utile est humanae vitae; huius praecipue oratio dominabitur, unde oportet litterarum artem perdiscere: etenim est visus orationis; hinc enim omnia inluminantur, non indocte enim qui scire velit Latine loqui et Graece, diligenter attendat. Hoc enim exempli gratia adponemus orationem, quae est Minervae gratia, quae dat omnibus doctrinam et fortunam primum, deinde scire; faciens enim facit florere eos qui non neglexerunt et faciunt quae didicerunt. Ars enim transfertur ab homine in hominem, et propterea ars non moritur; denique quae erat gratia discere, si qui docet erat immortalis? Haec enim esse dii voluerunt admonentes primum omnium deos colere, non ture, sed conscientia; plus enim est bene vivere haec facientem, parentes diligere, natis indulgere, amicos amare et simpliciter demonstrare et sine suspitione omnia facere et non maligne, ut in omni re utilis sis, et omnia quae solent vitae tuae observes, et miraberis, quoniam bene facientem bene sequitur. Nunc ergo incipiam fabulas scribere Aesopias et subiciam exemplum; per eum enim picturae constant, sunt enim valde necessariae ad utilitatem vitae nostrae.

3. INSEGNARE LATINO CON LE FAVOLE: GLI *HERMENEUMATA PSEUDODOSITHEANA* E I TESTIMONI DI TRADIZIONE DIRETTA D'ORIENTE (III-IV D.C.)

II. ANALISI DEI TESTIMONI

3.1. *P.Köln* II 64 (*P.Colon.* inv. 5928 = LDAB 4708; MP³ 1995.1)

l. 8: πο]νηροὺς γὰρ εὐεργετεῖν οὐκ ἔδει

cfr. *Phaedr.* 1, 19, 1: *habent insidias hominis blanditiae mali*

Iust. 43, 4, 4: *subnectit et illam fabulam: canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petisse, in quo pareret, quo obtento iterato petisse, ut sibi educare eodem in loco catulos liceret; ad postremum adultis catulis fultam domestico praesidio proprietatem loci sibi vindicasse.*

3.2. *P.Oxy.* XI 1404

—> *CpL* 38; *CLA* XI 1667; LDAB 136; MP³ 3010

canis carnem inv[e]nit et flu-

-men t<r>ansi{e}bat, deinde cum in

aquam vidisset umbram car-

nis existima[v]it altera<m>

1

2 tansiebat *pap.*: transibat *legendum*

3.3. *P.Mich.* VII 457 + *P.Yale* II 104

—> *CpL* 80 (*P.Mich.* VII 457); *CLA Suppl.* 1780 (*P.Mich.* VII 457); *LDAB* 134; *MP*³ 2917

.....]aves, cum caperentur,	1
intellexerunt q]uantum detrimentum	
..... consil]io non obtemper[a]re	
..... ἐπει τὸ λί]νον ἐσπάρη, χελιδῶν	
..... ἠπεί]ξατο τὰ λοιπὰ ὄρνεα ὅπως	5
.....]συλλέξαντες ἀφανίσω-	
αι..... εἰ]ς τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν·	
.....] τὴν συμβουλ[ε]ίαν	
.....]γ . μετ' οὐ πολὺ δέ, ὅτε	
..... δίκτ]υα ἐπλέκετο, ἢ μὲν χε-	10
λιδῶν μετήν]εγκεν ἑαυτὴν <ε>ἰς δώμα-	
τα ἀνθρώπων] καὶ ὑπὸ τὴν αὐτὴν στέ-	
γην νεοσσιὰ]γ ἑαυτῇ κατεσκεύαεν·	
τὰ δὲ λοιπὰ ὄρν]εα, ὅτε ἐπιάζοντο, ἐνόη-	
σαν — — —]..	15

1 . . . sed enim ceterae] aves cum *Stephens*]ques cum (tor]ques in apparatu) *Sanders*]quescum (an emendandum in questum) *Roberts*] . ques cum *Parássoglou* | caperentur *Parássoglou Stephens* caperen[t Sanders caperen[t *Roberts* || 2 intellexerunt] *Hermeneumatis collatis* q]uantum *Parássoglou syco]pantam Sanders*] . antum *Roberts* cognoverunt demum q]uantum *Stephens* | detrimentum *Parássoglou Stephens* detrimen[tum *Sanders Roberts* || 3]o *Sanders*] . o (an consil]io vel bo]no in apparatu) *Roberts*] . o *Parássoglou* esset iis qui consil]io *Stephens* | obtemper[a]re *Stephens* obtemper[ant *Sanders Roberts* obtemperant *Parássoglou* || 4]νον *Sanders* [ἐπει τὸ λί]νον *Roberts Parássoglou* [vellent. ἐπει τὸ λί]νον *Stephens* | χελιδῶν *Parássoglou Stephens* χέν] Sanders (χέννιον in apparato) χελι]δῶν φρονιμωτάτη *Roberts* || 5]ξατο *Sanders* συνελέ]ξατο *Roberts* σοφῆ ἠπεί]ξατο *Parássoglou* φρονιμωτάτη ἠπεί]ξατο *Stephens* | ὄρνεα ὅπως *Parássoglou Stephens* ὄρν]εα *Sanders* ὄρν]εα *Roberts* || 6]ου πέ]ξαντες *Sanders*]συλλέξαντες *Roberts* τὸ σπέ]σμα] συλλέξαντες *Parássoglou* ταχέως ἐκκλησίαν] συλλέξαντες *Stephens* | ἀφανίσω- *Stephens* ὠφε] Sanders ἀφα]νέσ ποι- *Roberts* ἀφανίσω- *Parássoglou* || 7]οστόλου τῶν ἀπο] Sanders] . . ετ . αυτων απο . [*Roberts* εἰ παντελ]ῶς τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν *Parássoglou* εἰ τὸ λίνον φθόμενον εἰ]ς τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν *Stephens* || 8] τὴν συμβουλ[ή]ν *Sanders* ἀρί]στην συμβουλ[ή]ν *Roberts* τὰ δ' ἠγνόησαν] τὴν συμβουλείαν *Parássoglou* τὰ δὲ κατεγέλασαν ταύτην] τὴν συμβουλ[ε]ίαν *Stephens* || 9]αφτου πολὺ ιχ] Sanders] . . . του πολὺ δε] *Roberts* τῆς χελιδόν]ος . μετ' οὐ πολὺ δέ, οὔτε *Parássoglou* ὡς ματαιολογίαν οὐ]σα]γ . μετ' οὐ πολὺ δέ, ὅτε *Stephens* || 10]ι λεπτὰ καταψυ] Sanders] . ια επτ . . . η . [*Roberts* τὰ λινὰ δίκτ]υα ἐπλέκετο, ἢ μὲν χε- *Parássoglou* ἐκ τοῦ λίνου δίκτ]υα ἐπλέκετο, ἢ μὲν χε- *Stephens* || 11 λιδῶν μετήν]εγκεν ἑαυτὴν ἰς δώμα- *Parássoglou* ἦν]εγκεν ἑαυτὴν κ] Sanders μετήν]εγκεν ἑαυτὴν ἰς [τὰς οἰκίας τῶν ἀνθρώπων *Roberts* λιδῶν μόνη μετήν]εγκεν ἑαυτὴν ἰς δώμα- *Stephens* || 12 τα ἀνθρώπων] καὶ ὑπὸ τὴν αὐτὴν στέ- *Parássoglou*] καὶ ὑπὸ τὴν αὐτῆ]ν *Sanders*] καὶ ὑπὸ τὴν αὐτῆ]ν ὄροφ]ήν *Roberts* τα τῶν ἀνθρώπων] καὶ ὑπὸ τὴν αὐτὴν στέ- *Stephens* || 13 γην νεοσσιὰ]γ ἑαυτῇ κατεσκεύαεν *Parássoglou*] νέας τῆ κατεσκ] Sanders νεοσσιὰ]γ ἑαυτῇ κατεσκ]εύαεν *Roberts* γην ἀδεῶς νεοσσιὰ]γ ἑαυτῇ κατεσκεύαεν *Stephens* || 14 τὰ δὲ λοιπὰ ὄρν]εα, ὅτε ἐπιάζοντο, ἐνόη- *Stephens*] ὅτε ἐπιάζοντο [*Sanders*] . . ὅτε ἐπιάζοντο . [*Roberts* τὰ δ' ἄλλα ὄρν]εα, ὅτε ἐπιάζοντο, ἐνόη- *Parássoglou* || 15 *vestigia nemo nisi Parássoglou legit*

3.4. P.AMH. II 26

—> CpL 40; CLA XI 1656; LDAB 434; MP³ 0172

luppus autem audītus anucellam vere dictu[m]	1	[fr. 1]
[p]utatus m[a]nsit quasi parata cenaret		
dum puer `quidem` sero dormisset		
[ip]se porro esuriens et luppus enectus [s]ver[e]		
redivit frigiti[s] spebus frestigiatur	5	
luppa en[i]m eum coniugalis interrogabat		
quomod[o n]ihil tulitus venisti s[i]cut sole[bas]		
et ille [dix]it quomod[o enim quis mu]lieri credo		
αἴλουρος ὄρνιν οἰκίης ἐνεδρε[ύων,		
κόρυκος οἶα παccάλω<v> ἀπηρτήθη.	10	
τὸν δ' εἶδ' ἀλέκτωρ πινυτὸς ἀνκυ[λογλώχιν,		
καὶ ταῦτ' ἐκερτόμησεν ὁξὺ φωνήε[αc		
“πολλοὺς μὲν οἶδα θυλάκους ἰδῶ[ν ἤδη		
οὐδεὶς ὁδόντας εἶχειν μεῖζον αἰλούρο[ου”.		
ἄγρουκος ἠπείλησε νηπίω τίτθη κλαί[οντι	15	
“σίγα, μή σε τῷ λύκῳ ῥίψω.”		
λύκος δ' ἀκούσας τήν τε γραῦν ἀληθεύειν		
νομίσας ἔμεινεν ὡς ἔτοιμα δευπνήσων,		
ἔως ὃ παῖς μὲν ἐσπέρας ἐκοιμήθη,		
αὐτὸς δὲ πενίων καὶ χανών λύκος ὄντος	20	
ἀπῆλθε ψυχραῖς ἐλπίσιν ἐνεδρεύσας.		
λύκαινα δ' αὐτὸν ἠ εὐνευνοc ἠρώτα		[fr. 2]
“πῶc οὐδὲν ἦλθεc ἄρας, ὡc πρὶν εἰώθειc;”		
κάκεῖνος ὃ δ' εἶπε[ν] “πῶc γάρ, ὃc γυναικὶ πιcτε[ύω];”		
bulpecula inimfortun[.]am binear[is]que hort[isque]	25	
peregrina volens circumitti [g]quis saevi[tia		
codam su[c]census et li[n]ei quidem a[lli]gatus		
sinuit fu[ge]re [h]anc speculator genius malus		
i[.]nfra aruras missuro procedebat		
ignem babbendam erat autem tempus sectilis	30	
et pulcheri fructus spaeorum sorsus		
oportet ergo serenae magis aut in`a`equa irasci		
nec vidit eius ariis Cereris	32bis	
est quidam ira ultricis quem custodiamus		
ipsismet ipsis nocentiam ferentes animosalib[us]		
ἀλώ[πε]κ' ἐχθρὰν ἀμπέλ[ου] τε καὶ κήπ[ου]	35	
[ξέν]η θελήσας περιβαλε[ῖν τις α]ικεῖνη		
[τή]ν κέρκον ἄψαc καὶ λίνου τι [π]ρ[ο]σδήc[ε		
ἀφῆκε φεύγειν. τήν δ' ἐπί[.]σκοπος [δαίμ]ων		
εἰc τὰc ἀρούραc τοῦ βαλόντος ὠδήγε[ι		
τὸ πῦρ φέρουσαν. ἦν δὲ ληίων ὥρη	40	
καὶ καλλεῖκαρπος ἐλπίδων πλήρη[c		
οὐδ' εἶδεν αὐτοῦ τήν ἄλωα Δημήτηρ.		

1-4 luppus: lupus legendum || 2 putatus Grenfell, Hunt || 4 ipse Grenfell, Hunt | ver[e] ex ser[e] legi; dubitanter ex eer[e] in apparato Grenfell, Hunt || 5 frigiti[s]: frigidis legendum | frestigiatur: praestigiatus legendum; vel vestigiatus vel praestigiatus dubitanter Grenfell, Hunt praestolatus Ihm || 6 luppa: lupa legendum | enim Grenfell, Hunt | interrogabat Grenfell, Hunt || 8 mulieri c[re]do Grenfell, Hunt || 9 ὄρνιν pap. ὄρνεις Ath. ὄρνιc Nov. | οἰκίης pap. Ath. οἰκίειν Nov. ||

10 κόρυκος οἶα *pap.* ὡς θύλακός τις *Ath. Nov.* | πασάλαων *emendavi* | ἀπηρτήθη *pap. Ath.* ἀπηρτίση *Nov.* || 11 εἶδ' *pap. Ath.* ἰδεν *Nov.* | πινυτὸς *pap. Ath.* λαμπρῶς *Nov.* | ἀνκυ[λο]γλώχιν *pap.* ἀγκυλογλώχιν *Ath.* ἀγκυλογλόχιν *Nov.* || 12 ὀξὺ φωνήσας *pap. Ath.* || 13 θυλάκουε *pap. Ath.* θύλακας *Nov.* | ἰδῶν *pap. Ath.* ὄρων *Nov.* | ἦδη *e.g. ab Ath. suppletum* ἴδει *Nov.* || 14 ὀδόντας *pap.* δ' ὀδόντας *Ath.* δ' ὄντας *Nov.* | εἶχειν μείζον *pap.* εἶχε ζώντος *Ath.* οὕτως εἶχεν *Nov.* || 15 *versus exitum post τίτθη habet Ath.* || 16 εἶγα *pap.* παῦσαι *Ath.* || 17 λύκος *pap.* ὁ λύκος *Ath.* | ἀληθεύειν *emendavi* || 18 δειπνησῶν *Grenfell, Hunt* || 19 ἐσπέρας: ἐσπέρας *legendum;* ἐσπέρας *Ath.* || 20 πινῶν: πεινῶν *legendum* | χανῶν λύκος *pap.* λύκος χανῶν *Ath.* | ὄντος *Grenfell, Hunt* ὄντως *Ath.* || 21 ψυχραῖς ἐλπείν ἐνεδρεύσας *pap.* νωθραῖς ἐλπείν παρεδρεύσας *Ath.* || 22 κύνευος *pap.* σύνουκος *Ath.* || 23 ἦλθεε ἄρας *pap.* ἄρας ἦλθεε *Ath.* | ὡς πρὶν *pap.* ὥσπερ *Ath.* | εἰώθειε: εἰώθης *legendum;* εἰώθης *Ath.* || 24 ὁ δ' *supra* κάκεινος *scriptum ab ipsa manu;* κάκεινος *et ὁ δ' pap.* ὁ δ' *Ath.* | γυναικί *pap.* γυναικός *Ath.* || 25 *bulpecula: vulpeculam legendum bulpecula Grenfell, Hunt bulpeculam Kramer* | ἰνοῦφοῦτον *Grenfell, Hunt* ἰμφοῦτον *Kramer* | *binearisque: vineariisque legendum* | *h]ort[isque Grenfell, Hunt Kramer* || 26 *circomitti: circummitti legendum (Kramer) vel potius circumiect-* | *quis ex guis legi* || 27 *linei Grenfell, Hunt Kramer* || 28 *sinuit: sivit legendum* | *speculator Grenfell, Hunt Kramer* || 29 *infra aruras: in rura fortasse legendum* || 31 *pulcheri: pulchri legendum* | *spaeorum: sperum legendum; spaeorum Grenfell, Hunt* *sp[ae]e[rum Kramer* || 32 *oportet ex oportet legi; ex oportet Grenfell, Hunt* || 32 *ne`c` Kramer* || 35 ἐχθρῶν *pap. Ath. Nov.:* *in ἐχθρῶν a Babrii editoribus emendatum* | ἀμπέλ[ου]: ἀκήπ[ου] *suppletum;* ἀμπέλ[ου] *et κήπ[ου] pap.* ἀμπέλων *et κήπων Ath. Nov.* || 36 θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκείη *pap. Ath.;* *ordo verborum mutatus in Nov.* | ξένη *pap. Ath.* ξένην *Nov.* | ἀϊκείη: αἰκίη *legendum;* αἰκείη *pap.* αἰκίη *Ath.* ἴκει *Nov.* || 37 λίνου *pap. Ath.* λίνον *Nov.* || 38 δ' *pap. Ath.* δὲ *Nov.* | ἐπίσκοπος *Grenfell, Hunt Kramer* || 40 ἦν δὲ ληῶν ὥρη *pap. Ath.* μηδεῖων τὰς ὥρας *Nov.* || 41 καλλείκαρπος *Grenfell, Hunt* καλλ[ε]ίκαρπος *Kramer;* καὶ καλλείκαρπος *contra metrum pap.* καὶ καλλίπαις ἄμητος *Ath.* τοιθηδὲ πᾶς ἄμειτός *Nov.* || 41-42 *versum (χρηὶ πρόαον εἶναι μηδ' ἄμετρα θυμοῦσθαι Ath. Nov.) omisit pap.* || 42 ἄλωα *pap.* ἄλωα *Ath. Nov.*

Hermeneumata Pseudodositheana Amploniana, CgL III 75, 1: heron tuli

Glossae Stephani, CgL III 465, 63: tuli ἦρα

Hermeneumata Pseudodositheana Monacensia, CgL III III 144, 42-45: hiren tulit | hires tulisti | hires tuli | hiras idest tuli

Glossarium Leidense, CgL III 418, 72-419, 2: tolle aron | tollo aero | tollite arate | tollamus aeromen | tulerunt eran | tollis eris | tollitum est ermenon estin; 419, 19-21: tuli era | tulisti eres | tulimus eramen
Char. Barwick 1997³, 322, 11-23: sunt quaedam perfecta similia ab instantibus derivata diversi facta in his synptosi, velut (...) fero fers tuli φέρω et tollo tollis tuli αἴρω, quod in consuetudine sustuli facit

Diom. GL I 372, 3-5 K: fero fers tuli (et tetuli dicitur, ut Terentius 'huc tetulisse pedem'), tollo tollis tuli, quod in consuetudine sustuli facit; eius tamen perfecti instans apud veteres sustulo dicitur

Pomp. GL V 240, 34-241, 3 K: fero dicimus, ferui nemo dicit. Quamquam temptat Probus mutare hoc ipsum, ut dicas fero tuli, sed si fero tuli facit, tollo quid habes dicere? quo modo erit praeteritum tempus? sed fero deficit praeterito tempore

Prisc. GL II 419, 8 K: tulo antiqui tuli, fero tuli.

3.5. PSI VII 848

—> CpL 39; CLA III 291; LDAB 138; MP³ 52; PSI-online
recto

[iniuriantur]	ύβριζο[νται	1
[Aesopus interrogatus]	Αἴσωπο[ε ἐπερωτ]ηθις	
[qua re mulieres]	διὰ τί αἱ γυν[αῖκες]	
[viris]	τοῖς ἀνδράσιν	
[dotes dant]	προῖκα ἕ διδόναι	5
[et non viri mulieribus]	καὶ οὐκ ἄνδρες γυναῖξιν,	
[inceptit talem fabula]m	ἤρξατο τοιοῦτου μύθου ·	

1-7 *Latinum non supplevit Vitelli* || 1 *iniuriantur* Kramer *iniuriantur Leid.* *iniuria adfliguntur Paris.* || 2 *ἐπερωτ]ηθις: ἐπερωτ]ηθ<ε>ις legendum* || 3 *αἱ γυν[αῖκες] pap.* *γυναῖκες Leid.* *Paris.* || 4 *τοῖς ἀνδράσιν pap.* *ἀνδράσιν Leid.* *Paris.* || 5 *dotes ob προῖκα ἕ pap. conieci: dotem Kramer Leid.* *Paris., προῖκα ἕ pap.* *προῖκα Leid.* *Paris.* || 6 *ἄνδρες γυναῖξιν pap.* *Leid.* *οἱ ἄνδρες ταῖς γυναῖξιν Paris.* || 7] . *Vitelli [coepit huiusmodi fabulam] Kramer inceptit talem fabulam Leid.* *coepit huiusmodi fabulam Paris.* | μύθου *Leid.* μύθον *Paris.*

verso

[testimoni]um	τ[ὴν μαρτυρίαν]	1
[in pictura]	ἐ[ν τῇ ζωγραφίᾳ]	
s[ed leo re]spondit	ἀ[λλὰ ὁ λέων ἀπεκρίθη]	
ha[e]c pictura	αὐ[τῆ ἢ ζωγραφίᾳ]	
[h]ab homine picta est	ὑ[πὸ ἀνθρώπου ἐζωγραφήθη]	5
sed si et leo pingeret	[εἰ δὲ καὶ λέων ἐζωγράφει]	
vidisses quomodo leo	[έωράκεισ ἂν πῶς ὁ λέων]	
suffucabat homine[m	ἔπνιγεν ἄνθρωπον]	

1]um *Vitelli* (*testimoni]um vel quemadmod]um in commentario*) ostendebat ergo ei homo testimonium in pictura *Leid.*, *omisit Paris.* | . [*Vitelli* [τὴν μαρτυρίαν] *Kramer* || 2 e[*Vitelli* ἐ[ν τῇ ζωγραφίᾳ] *Kramer* || 3 p[. . . re]spondit *Vitelli* [sed leo re]spondit *Kramer* | a[*Vitelli* ἀ[λλὰ ὁ λέων ἀπεκρίθη] *Kramer* ἀλλὰ ὁ λέων *Leid.* ἀλλὰ λέων *Paris.* || 4 ha[ec] a]t pictura *Vitelli Kramer* haec pictura *Leid.* haec inquit pictura *Paris.* | a . [*Vitelli* αὐ[τῆ εφη ἢ ζωγραφίᾳ] *Kramer* || 5 ab ex hb legi; ab *Vitelli Kramer* | . [*Vitelli* [ὑπο ἀνθρώπου ἐζωγραφήθη] *Kramer* || 6-7 *Graecum non supplevit Vitelli* || 6 sed si et leo *pap.* si autem leo *Leid.* quod si et leo *Paris.* || 7 vidisses quomodo leo *pap.* *Paris.* vidisses quidem quomodo leo *Leid.* || 8 suffucabat *Vitelli* suffocabat *Kramer* suffocaret *Leid.* *Paris.*

Herm. PsDosithe. Leidensia

οὕτως οὖν ἐνίοτε
τὰ δυνατὰ πρόσωπα
ὑπὸ ἀδυνάτων ὑβρίζονται
sic ergo saepius
potentes personae
ab inferioribus iniuriantur

Fragmentum Parisinum

Sic ergo saepius
potentes personae
ab inpotentibus
iniuria adfliguntur
οὕτως οὖν ἡνιοχη
δυνατὰ πρόσωπα
ὑπο ἀδυνατων
υβριζονται

<i>Phaedri fabulae</i>	<i>Paraphrasis Oxyrhynchita</i>	<i>Hermeneumata</i>	<i>Pseudodositheana</i>		<i>Romulus (ed. Thiele 1910)</i>	
1, 4	<i>P.Oxy. XI 1404</i>	<i>Fragmentum Parisinum</i> (CgL III 97, 19-30)	<i>Leidensia</i> (Flammini 2004, 86, 2183-2186)	<i>recensio vetus</i>	<i>recensio Gudiana (Lat. 148)</i>	<i>recensio gallicana</i>
<p>Amittit merito proprium qui alienum appetit. / Canis per flumen carnem cum ferret natans, / lympharum in speculo vidit simulacrum suum, / aliamque praedam ab alio cane ferri putans / eripere voluit; verum decepta aviditas / et quem tenebat ore dimisit cibum, / nec quem petebat potuit adeo attingere.</p>	<p>Canis carnem invenit, et flumen transiebat, deinde cum in aquam vidisset umbram carnis existimavit alteram</p>	<p>Canis carnem rapuit et flumen transiebat, umbraque visa carnis, aestimans veram esse, voluit rapere et contigit ei quam habebat amittere. Sic multi homines, cum incerta capiant, amittunt propria.</p>	<p>De cane. Carne canis rapta flumen transiebat et, ut vidit carnis umbram, suspicatus est maiorem esse, quam ferebat, et dum tollit, amisit quam habebat. Sic multi homines incerta dum captant, amittunt sua.</p>	<p>Qui cupit alienum, hic saepe amittit proprium. Canis flumen transiens partem carnis ore tenebat cuius umbram cum vidisset in aqua, maiorem suspicatus est. Sed patefaciens os, ut illum caperet, amisit illum, quam prius ore tenebat. Sic dum quis cupit plus alienum, perdit suum</p>	<p>Amittit proprium qui alienum petit. Canis cum flumen transit partem aliqua in ore ferebat. Cuius canis umbra ut vidit in aqua patefecit ore ut illum teneret illa vero quem portabat fluvius sustulit. Nec illum obtinere potuit et alteram quam portabat perdidit. Sic omnes avidi sua amittunt et aliena obtinere non possunt.</p>	<p>Amittit proprium, quisquis avidus alienum sumere cupit. De talibus Aesopi fabula sic narrat. Canis flumen transiens partem carnis ore tenebat, cuius umbram cum vidisset in aqua, patefecit os suum, ut illum caperet. Statim eam, quam prius tenebat, fluvius tulit et illum, quam sub aqua putabat, obtinere non potuit. Sic quisquis alienum quaerit, dum plus vult, suum perdit.</p>

<i>Collectio Augustana</i>	(ed. Hausrath 1957)	<i>Fabula Aegyptia</i>	<i>Romulus</i>	(ed. Thiele 1910)
39a	39b	<i>P.Mich. VII 457 + P.Yale II 104</i>	<i>recensio vetus</i>	<i>recensio gallicana</i>
<p>ἄρτι τοῦ ἰξοῦ φυομένου ἢ χελιδῶν αἰσθομένη τὸν ἐνιστάμενον τοῖς πτηνοῖς κίνδυνον συναθροίσασα πάντα τὰ ὄρνεα συνεβούλευεν αὐτοῖς μάλιστα μὲν τὰς ἰσοφόρους δοῦς ἐκκόψαι, εἰ δ' ἄρα τοῦτο αὐτοῖς ἀδύνατον, ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους καταφυγεῖν καὶ τούτους ἰκετεύσαι, ὅπως μὴ χρησάμενοι τῇ τοῦ ἰξοῦ ἐνεργείᾳ συλλαμβάνωσιν αὐτά. τῶν δὲ γελασάντων αὐτὴν ὡς ματαιολογοῦσαν αὕτη παραγενομένη ἰκέτις τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο. οἱ δὲ ἀποδεξάμενοι αὐτὴν ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ σύννοικον αὐτοῖς προσελάβοντο. οὕτω συνέβη τὰ μὲν λοιπὰ ὄρνεα ἀγρευόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων κατεσθίεσθαι, μόνην δὲ τὴν χελιδόνα ὡς πρόσφυγα καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν οἰκίαις ἀδεῶς νεοττοποιεῖσθαι. ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι οἱ τὰ μέλλοντα προορώμενοι εἰκότως τοὺς κινδύνους διακροῦνται.</p>	<p>χελιδῶν ἐκκλησίαν τῶν ὄρνέων κινήσασα παρήγει φάσκουσα κράτιστον εἶναι τὸ μὴ προσκόπτειν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ φιλίαν συνθεμένουσ οἰκείως διακεῖσθαι πρὸς αὐτούς. τῶν δὲ ὄρνέων τις τὰ ἐναντία αὐτῇ ἔλεγεν· «ἄλλ' εἰ τὸ σπέρμα τοῦ λίνου μᾶλλον κατεσθίωμεν καὶ ἀφανὲς ποιῶμεν, ἵνα μηκέτι ἔχῃσι δίκτυα καθ' ἡμῶν». ἡ μὲν οὖν χελιδῶν ἀρίστην γνώμην ἔχουσα ἐγένετο ἐν ταῖς πόλεσι διατρίβουσα καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τίκτουσα παρ' ἀνθρώποις καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχει δεινόν. τὰ δὲ λοιπὰ ὄρνεα ὑπομείναντα κατεσθίειν τὸ σπέρμα ὡς πάντων ὄντος κακῶν αἰτίου, συμβαίνει λιπαρὰς γενέσθαι οὕτω τε ἀλίσκεσθαι καὶ κατεσθίεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κακογνωμοσύνην ὑπομένοντα μετενόησαν μὴ μετ' ἀνθρώπων μένειν, ἀλλ' ἐν ἀέρι ἵπτασθαι. οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι βιωτικοῖς πράγμασι τῷ τῆς ἀγχινοίας βουλευμάτι ἐχρήσαντο, ἀκίνδυνοι διεφυλάχθησαν.</p>	<p>[.]aves, cum caperentur, intellexerunt q[ua]ntum detrimentum [. consil]io non obtemper[a]re [.] ἡπεῖξαστο τὰ λοιπὰ ὄρνεα ὅπως [.] συλλέξαντες ἀφανίσω-[ci.] εἰ[c] τὴν ἐαυτῶν ἀπώλειαν[.] τὴν συμβουλ[ε]ίαν[.] .]ν . μετ' οὐ πολὺ δέ, ὅτε [.] δίκτυα ἐπλέκτετο, ἡ μὲν χε-[λιδῶν μετήν]εγκεν ἐαυτὴν <ε>ic δώμα-[τα ἀνθρώπω]ν καὶ ὑπὸ τὴν αὐτὴν στέ-[γην νεοστιά]ν ἐαυτῇ κατεσκεύαεν· [τὰ δὲ λοιπὰ ὄρν]ξα, ὅτε ἐπιάζοντο, ἐνόη-[σαν — —]..</p>	<p>Qui non audit bonum consilium, inveniet malum.</p> <p>Spargi et arari lini semen cum omnes aves viderent, pro nihilo habuerunt, hirundo autem hoc intelligens convocatis avibus retulit malum esse omnibus illis hoc. Dissimulantes aves autem omnes riserunt.</p> <p>Deinde, quando fru[c]ticavit [supradictum semen] † in terra. hirundo ait avibus, malum est hoc, venite, eruamus illud. Nam cum creverit, retia ex hoc machinantur, ut humanis manibus capi possimus. Sed tunc, sicut prius, omnes deriserunt consilium hirundinis ac verba eius penitus spreverunt.</p> <p>Animadvertit hirundo hoc, et contulit se ad homines ut tuta esset sub tectis eorum. Ast ceterae aviculae, quae monita eius subsannaverunt, ad hoc sunt ut semper in retibus cadant.</p>	<p>Qui non audit bonum consilium, in se inveniet malum, ut haec approbat fabula.</p> <p>[spargi et arari lini semen aves † omnes cum <viderent,] aves quaedam cum essent in unum viderunt hominem linum seminantem <et> pro nihilo hoc habuerunt, hirundo autem hoc intellexit et convocatis avibus retulit omnibus esse malum; omnes vero aves dissimulantes riserunt.</p> <p>Deinde, ut fru[c]ticavit, iterum hirundo ait illis. Malum est hoc, venite, eruamus illud. Nam cum creverit, retia facient exinde humanis artibus, quibus capi possimus. Omnes verba hirundinis deriserunt eiusque respuentes consilium contempserunt.</p> <p>Ut hoc vidit hirundo, ad homines se transtulit, ut tuta esset sub tectis eorum. Et quia <aves> respuerunt monita nolentes audire consilium, semper in retibus cadunt.</p>